Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31260
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">

pascha nostrum ymolatus est christus Itaque epulemur
non in fermento veteri neque in fermento
malicie et nequicie sed in azimis sinceritatis
tis et veritatis. Gr. Hec dies quam fecit dominus
exultemus et letemur in ea. V. Confitemini domino quoniam
bonus quoniam in seculum misericordia eius Alleluia. V. Pascha nostrum
ymmolatus est christus epulemur in azimis sinceritatis
et veritatis etc. Secundum marcum etc.
In illo tempore Maria magdalene et maria iaco
bi et salome emerunt aromata ut venientes
ungerent ihesum Et valde mane una sabbatorum
venerunt ad monumentum orto iam sole Et di
cebant ad invicem Quis revolvet nobis lapidem
ab hostio monumenti Et respicientes viderunt re
volutum lapidem Erat quippe magnus valde Et
introeuntes in monumentum viderunt iuvenem se
dentem in dextris coopertum stola candida et obstu
puerunt Qui dicit illis Nolite expavescere ihesum
queritis nazarenum crucifixum Surrexit non est hic
Ecce locus ubi posuerunt eum Sed ite dicite discipulis
eius et petro quia precedet vos in galyleam Ibi eum
videbitis sicut dixit vobis etc. Credo. Off. Terra